

NICOLAI COPERNICI

venimus defecisse aliquod ex eis, uel abundasse hoc modo. Nam ad Saturnum quinquagesies septies reuoluitur terra: quem in omnem commutationis diximus, in LXXIX solaribus nostris, die uno, scrupulis primis VII. secundis XVIII. ferè, in quo tempore stella motu proprio bis circuit, adiecto gradu uno, scrupulis primis V. secundis L. ferè. Iupiter LXV. superatur à terra in annis solaribus LXXI. à quibus desunt dies V. scrup. prima LXXX. secunda XIII. sub quibus stella reuoluitur sexies, defici entibus partibus V. scrup. primis XLII. secundis XXXII. Martis reuolutiones commutationum sunt XXXVII. in annis solaribus LXXIX. diebus duobus, scrupulis primis XXIII. secundis XLV. In quibus stella motu suo completis XLII. periodis adiicit gradus II. scrup. prima XXI. secunda XLIII. Venus quinquies superat motum telluris, in annis solaribus VIII. demptis diebus II. scrup. primis XXVI. secundis XLIII. Nempe per hoc tempus Solem circuit XII. minus duobus gradibus scrupulis primis XXXIII. secundis XXIX. Mercurius demū CXLV periodos facit commutationum in annis solaribus XLVI. additis die scrupulis primis XXV. quibus & ipse superat motum terræ, cum qua circa Solem reuertitur centies nonagesies & semel, adiectis scrupulis primis XXI. secundis LIII. Sunt igitur singulis singuli circuitus commutationum. Saturno in diebus CCCLXXVIII. scrup. primis quinque, secundis XXII. tertiijs XLII. Ioui in diebus CCCXCVIII. scrup. primis LIII. secundis III. tertiijs LVIII. Marti in diebus DCCLXXIX. scrup. primis VI. secundis XIII. tertiijs LV. Veneri dierum DLXXXIII. scrup. LV. secundorum XVII. tertiorum L. Mercurio dierum CXV. scrup. prim. LII. secund. XXXVIII. tert. LIII. Quos resolutos in circuli gradus, & multiplicatos in CCCLXV, cum partiti fuerimus per numerum dierum & scrupulorum suorum, habebimus annuum motu Saturni graduum CCCXLVII. scrup. prim. XXXII. secund. III. tertiorum IX. quart. IIII. Iouis graduum CCCXXIX. scrup. XXV. secundorum VIII. tertiorum X. v. quart. VI. Martis graduum CLXVIII. scrup. XXVIII. XXX. XXXVI. IIII. Veneris graduum CCXXV. scrup. I. XLV. III. XL. Mercurij post tres revolutiones graduum LIII. scrup. LVII. XXIII. VI. XXX. Horum trecentesis